

Vondum:

Reverende vir, amice dilectissime.

Duas literas tuas diligenter scriptas recte accepi. Tot nos habere in coetu nostro amicos, ut gener meus undecim suffragia obtinuit, nesciebam. Quod autem superatus fuit, non miror. Eius rei causas habeo. De quibus aliquando, quum Deus voluerit familiaris. Quum daturus sit Ecclisiam nostrae patriam ex tribus illis, ita expectabo, ut cum orem, uti des quam maxime idoneum. Omnes se viros amicos profiteantur: et id eis confido. Tibi plurimas ago gratias, quod nostram causa volueris laborare. Deus aliquando respiciet generum meum, et eum deducet in locum, ubi et possit ἀναστρέφειν τὸ χάρισμα et pluribus prodisse, et forte vel suis parentibus vel mihi esse propinquior. Ego cum omnibus meis et cum parentibus eius sic vivo commode et hilariter, nisi quid me una cogitatio de itinere ad vos reflectendo, ut redeam ad pupina mea exercitia. Quod ut commode fiat et sine molestia, Deum oro. Ne interim ignores, quid agam: aliquando corrigo, qua submittantur a Leidenibus Typographis. materiam integram commentarij ep. ad Romanos relectam ad eos misi. Modò correxi, qua ad Epilogum jam pertinet. folium 91. In Lexico à 677 perveni ad ~~transjunctam~~ ~~transjunctam~~ ~~transjunctam~~, qua pertinet ad litteram Hux collegi. De cetero cum genero meo confero et filiolum meum adjuvo. Polybii ep. etiam lego nonnumquam, qui tibi mihi donatus est à D. ab Hipse. Hac nova sunt, qua tibi, non alijs, esse mutare possum. Alioquin, quid in mundo agatur, propemodum ignoramus; et tempestates sine ulla faciunt, ut tardius scribamus. Meum gener et parentes eius et omnes mei te et dilectam tuam studiosissime salubant. Velim etiam D. Heiderm et D. Wyngaardem à me diligenter salutes: item D. van Aenten; et si quis noster respiciat, te literas à me accepisse. Noli, quæso, gravari, etiam porro me literis tuis compellare et de statu urbis et academice, et si quid omnino ep. me certiores reddere. Vale. B. P. Lange

a. d. 12. Aug. 1667.  
R. T.  
studiosissimus  
J. Coccejus.

de Witte saluum  
is. quem sic audi-  
namque fandi factu  
motum. Post quem meriti  
ficti cum in somnis vivit;  
et inde bona speram concepi.

Vestra clarissima observantissima a. d. 1667

Reverendo et doctissimo  
Viro D. Petro  
Demeter Haggen Sc.  
de Jure Lugdunensis  
papae fidelissimi,  
amice honoratissimo.

Lugdunum.